



**nēfrens, ndis.** *adi.* ETYM ne, frendere. DLAT nefrenditium. [FREQ minima 2 <sup>indicia</sup> 0,13 <sup>/d.c.m.</sup>] ¶ *animal (agnus, porcus aut homo) quod mordere non potest, dentibus carens aut lactans - animal (cordero, cerdo o persona) que no puede morder, sin dientes o lactante* 240 LIV ANDR Trag 38. Quem ego nefrendem alui lacteam immulgens opem. 37 VARRO Rus 2.4.17. *porci amisso nomine lactantes dicuntur nefrendes ab eo, quod nondum fabam frendere possunt.* ¶ PAUL FEST 157.9. Nefrendes arietes dixerunt, quod dentibus frendere non possint. Alii dicunt nefrendes infantes esse nondum frendentes, id est frangentes. SCAUR gramm 2.5.2. *ne pro non positum est apud antiquos, significat nefrendes [porcos qui sunt sine dentibus], id est qui fabam frendere non possunt.* SERV Aen 8.230. nefrendes infantes, quia nondum habent dentes. ISID Orig 10.1.137. nefrendes infantes, qui necdum dentes habent. 20.16.1. nefrendes dicti adhuc lactantes porculi, quod nondum aliquid frendant, id est comminuant dentibus. GLOSS 5.33.39. nefrendem infantem nondum dentantum, qui frendere cibum non queat, id est frangere. 5.507.52. nefrendes infantes adhuc sine dentibus.